UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Seculum II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64326

Visual Library

tro Româ dimiſſum eſſe Creſcentem, clariſſimè docuêre D. Innocentius in ep. ad Januar. Item Rupertus Abbas offic. c. 27. Genebrardus lib. 3. Accedit teſtimonium Moguntiæ antiquiſſimum hac Methodo ſcriptum:

Petrus Apoſtolici Coryphæus Culminis illum
Juſſit apud Belgas Præſulis eſſe loco.

SECULUM II.

II. D. MARINVS.

PRimus à D. Creſcente Moguntiæ Epiſcopus docuit D. Marinus Martyr, quem alij dixerunt Martinum, cuiusmodi vel error, vel nominis varietas ſæpe irrepſit in Seriem Romanorum etiam Pontificum, & aliorum in Hiſtoria notiſſimorum Præſulum. Plura de hoc & aliis Epiſcopis ſanè plurimis non ſinunt ſcribere ſecula antiquiſſima, quibus libros ſuos & teſtimonia ſacra abſtulit tyrranorum plurimorum non modò in homines, ſed & in quævis Orthodoxæ Eccleſiæ monumenta igne & ferro ſævientium crudelitas: unde tam in hac, quàm ſequenti Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Serie duplici Virorum nominibus potiùs, quàm geſtis & meritis maximis Lectores oportebit eſſe contentos. Sedit D. Marinus an. 6.

III. D. Creſcentius.	.	18.
IV. Cyriacus.	.	14.
V. D. Hilarius.	Sed. an.	20.
VI. D. Martinus. II.	.	14.
VII. D. Celſus.	.	22.
VIII. D. Lucius.	.	10.

Seculum